



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. De examine Testium, & in primis à quo sint examinandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

adversae partis . nec per le , nec per alios suppresserit , aut occultaverit , quod depositiones testium non exploraverit , nec perscrutatus sit (non obest tamen , obiter eas legisse tantum , aut referri audivisse , cum ex tali casu nulla videatur subornationis presumptio posse oriri) & quod hanc quartam productionem non petat malitiosè & dolosè , &c. in quibus consistit solemnitas illa legalis , cuius meminerunt jura : quā suppositā , si tamen cesserit subornationis presumptio , & partes nostrae renuntiaverint ulteriori testium productioni , potest illa pars , quæ petivit quidem ultiori productionem , cui tamen illa concessa non fuit sine justa causa , à gravamine hoc & sententia hac interlocutoria , quæ vim definitivæ habet , non tantum de jure Canonico , sed etiam de jure Civili appellare , cum beneficium à lege inductum non sit alicui auferendum . *juxta Reg. Iuris 17. in 6 prout deciditur etiam in c. Significaverunt. 36. b.t.*

## §. III.

*Quomodo producendi , & recipien-  
di sint testes : & quomodo puniantur im-  
pedientes productionem & receptio-  
nem eorum ?*

**A**D testium validam receptionem debet pars contra quam producuntur , citati , c. In nomine 2. b.t. (ne videantur recepti tantum in favorem producentis , & in odium alterius partis absentis ) ita tamen , ut pars adversa citari tantum debat , ad videndos testes , qui contra eam producuntur , & articulos super quibus producuntur , ac audienda eorum jura-

menta , non tamen ad audiendas eorum depositiones & dicta , quæ secreto & siccillatim à Judice coram Notario recipienda sunt ; & est hæc citatio usque ad necessaria , ut nullius momenti sint contra non citatum receptæ attestations , nisi Iudex ex officio procedat per inquisitionem generalem , aut periculum sit in mora , vel ratione causæ , vel ratione testium alid abitorum , vel ratione probationum alias omittendarum ; aut pars , contra quam producuntur testes , per se sit prælens , ita ut nulla citatio necessaria sit.

Qui vero testes impediunt , quod minus testimonium perhibeant veritati , aut ne producantur , & recipiantur , sunt excommunicandi , prout constat ex *civ. c. Constitutis 45. b.t.* Et si qui juraverint , testimonium se non daturos contra partem aliquam , hoc juramento velut iniquo non obligantur , & compelli possunt ad testificandum , si attestations nondum sint publicatae , nec renuntiatum productioni testium . *c. Intimavit. 18. b.t.* Debent autem testium attestations sumptibus producentium fieri , cum regulariter sumptus ille praestare debat , in cuius gratiam actus celebratur .

## §. IV.

*De examine Testium , & in primis  
à quo sint examinandi ?*

**E**Xaminandos esse à Judice , constat ex authen. *Vt defuncti. &c. cap. II.* Ind etiam *Novell. 60. juncta Gloss. V. te-  
stibus.* Ita tamen ut possit Iudex eorum longè fortassis absentium , ex men alteri committere , & depositiones descriptas

Ss 2

ibid

sibi transmici postuler. Prout habetur in l. Indices 18. Cod. de fide instru. &c. Constitutus 3. §. Praterea. De fidejusso. & c. 2. De judic. in b. etiam extra judicium recipiendos, & solum ministerium sive nuda executio examinis post receptos, & approbatos jam testes committatur; nisi sint causæ criminales, in quibus ipsemet Iudex testes recipere, & examinare debet, ut, si res exegerit, tormentis subi- ciantur: vel nisi illi, qui in testes producuntur, sint persona privilegiata, aut regre venire possint ad locum Judicij, quibus, ut domi sua per submissas per- sonas idoneas examinatur in causis sal- tem civilibus, conceditur, ut constat ex l. Ad personas 15. ff. De jurejurand. &c. Si qui testim. 8. h. p.

§. V.  
Quomodo examinandi sint  
testes?

**N**on plures simul, sed singulos sig- latim, & secretò examinandos esse exc. Venerabilis 52. h. t. constat (ad ca- vendum scil. omne periculum, ne ex fa- vore potius, quam veritate idem deponat aliquis, quod alter depositus) & ex c. Cum causam 37. h. t. patet, quod diligenter sint examinandi, non solum super nego- riorum seu causa principalium, sed etiam de ra- tione seu causa scientiarum de personis testimoniis, & singulis circumstantiis; neque enim censetur leire, qui nescit rationem seu causam reddere ejus, quod assent. Ab- stinendum tamen est non solum ab incongruis & nihil ad rem facientibus in- terrogationibus, sed etiam à nimium ex- quisitis, considerata qualitate personarum, quae examinatur, & semper moderari de-

bet Iudex nimium testimoniis multitudinem, ita ut non permittat ultra quod genitum numerum testimoniis multitudinem super uno codicemque articulo cedere.

## SECTIO V.

## De publicatione attestationum.

## §. I.

Quomodo facienda sit attestatio- num publicatio, & an pertinet alia pro- stantiam processus? Item an attestatio- ne recepta in uno judicio publicanda sit, & probent, & fidem faciant in aliis judiciis?

**E**xaminatione testimoniis facta, & pos- quam ulteriori productioni resu- tiarunt partes, ad quam faciendam à lo- dice induci debent, debent attestacionem in secreto receptam, utraque parte pre- sente, vel altera etiam absente, si can- tamen fuerit, & contumax declarari publicari, non quidem quasi ad substa- tiam processus judiciorum huc publicari pertineat, & consequenter ipsius casio nullam reddat sententiam loci (quia sine examinatione testimoniis ex- strumentis v. g. potest ferri sententia sed quod necessarium ex precepto requi- tur, ita ut si omissa sit, quamvis pur- eam petiverit, Iudex autem recusat appellare parsilla posit: possunt tunc attestaciones in priore judicio receptas altero judicio, si super eadem causa & iuste per iisdem articulis, & inter easdem per- sonas, &c. fuerit, publicari (quia iuris dicta etiam in alio judicio fidem faciunt).